



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De temporibus quibus se continere debeant coniugati ab vxoribus. clv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

cultè faciunt, bonum mihi videtur, vt secundum id quod sibi decretum fuerit ab episcopo, sive presbytero, pœnitentiam agant, non trepidè, nec tardè, sed feruenter & sollicitè, ac sic seueniam peccatorum à domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.

De illa fœmina quæ menstruosum suum sanguinem, & se-  
men viri sui, & testam hominis cōbūsserit, & hæc om-  
nia viro suo ad potandū dederit. Cap. CLII.

D E his etiam super quibus interrogasti, hoc 'est, de illa fœmina, quæ menstruum suum sanguinem immiscerit cibo vel potui, & dedit viro suo vt comederet, & de illa quæ semen viri sui in potu bibit, & de ea quæ testa hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ, vt nobis videtur tali sententia sunt feriendæ, sicut magi & arioli: quia magicā artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui inagicam artem exercuisse noscuntur, & qui auguria attendunt, & diuinationes obseruant, Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutions habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis, uno anno pœnitentiat, qui verò in magnis, decem annos pœnitentiat.

*Ex codice  
cap. 17.*

Vt nullus aliud præsumat pœnitentiam dare, vel confes-  
sionem audire, nisi episcopus aut presbyter.

Caput CLIII.

Sicut enim sacrificium offerre nō debent nisi episcopi & presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt: sic pœnitentia nec pœnitentium iudicia alij v̄surpare debent.

*Ex pœnitentiiali  
Romano.*

D: eadam re. Cap. CLIV.

S I autem necessitas euenerit, & presbyter nō fuerit præ-  
sens, diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam com-  
munionem.

De temporibus quibus se continere debeant coniugati  
ab uxoribus. Cap. CLV.

I N tribus quadragesimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in sexta feria, coniugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quām diu grauata fuerit uxor, id est, à quo die filius in utero motum fecerit, usque ad partum, à partu post, XXXIII. dies si filius est, si autem filia, post LVI.

*Ex cœcil.  
Elibertia.*